Epistola 156. IOHANNI COCCEJO TOBIAS ANDREÆ.

S.C.O

Celeberrime atq Excellentissime Vir, Domine Fautor et Amice exoptatissime.

Quum jampridem gestirem Cl. Vrae in auspicio auspicatissimo novi muneris hoc calamo internuncio gratulabundus occurrere, rumor quidam inauspicatus (quem tamen abominatus sum) de morte vestra subitanea post tertiam habitam lectionem publicam, aures animosq nostros perculit, istumq scriptitandi impetum pauxillum sufflaminavit. Renascentis ille cum prorsus evanuerit et ut spero longaevitatis potius vestrae, ut in avo meo b.m. aliisq magnis viris crebris talibus nunciis rebus humanis exemptis et elatis antequam fatalis eos hora occupasset, expertus sum velut omen fuerit atq augurium, non differo ultro officium hoc amicitiae nostrae et familiaritatis antiquae, meritisq vestris debitum, sed gratulor ex animo, ut Cl. Vrae stationem honorificentissimam, in qua praeclarissimas, tum ingenii sublimis diffusissimaeq eruditionis, tum vero non minus mitissimi illius indolis animiq moderatissimi dotes lucubrationis in usum publicum Ecclesiae ac rei literariae queat exponere sic. Academiae vestrae inclutae, cui in Cl. Vra illustria Scaligeri, Junii et Gomari nomine magis auspicata nomina et merita redditum iri nos et boni omnes auguramur, reddita posteritas venerabitur. Nihil velim derogatum meritis ac famae magnorum virorum, qui pro ὀρθοδοξίᾳ tuenda vigilarent, sed ut ingenue intimum sensum meum, non affectu mero, verum certo judicio, nisi ipse mihi impono, subnixum, aperiam, dubito an melius meriti nonnulli tales veritatis patrocinio, an pejus afflixerint ecclesiam acerbitate, contentiositate ac pertinacia sua, qui quos sanare poterant exulcerare et a corpore ecclesiae rescindere potius laborarent sua potius gloria quam Dei, quam praetexebatur, militantes. Video sane ex illa prosapia superstites, ex quorum ingenio, moribus et actionibus istos aestimare si debeam, minus miror calida ejusmodi capita flabello linguae ignivomae in populi mobilis animis tantum incendium potuisse excitare. Enimvero tyrannidem eam puto intolerabilem libero populo et recte nati ingeniis, quod multi istorum papaturientes, ac veluti haereticae pravitatis inquisitores in more habeat, quicquid ipsorum palato vel fatuo vel corrupto et pravis imbuto non sapit, non tantum fastidire, sed damnare et eandem aliis ingerere impositum.

Rapere ad tribunal imperitae plebis, quae supra captum
venemet, ne dicam, hujus, auraeque popularis tumidos au-
flatos, de quibusquis non pedibus in eorum sententia
tes ipsorumque adorantes vestigia, castellanos sibi ad
triumphos. Ut taceam de religionis controversiis, quae
ἀθεολόγως καὶ ἀχριστιανῶς exercentur, quam par
ad aedificationem, (per me licet cedant ac concidant
vineta, si per Deum et per conscientiam ipsi liceat)
innoxiae Philosophiae queror, quam inique, quam in
a nonnullis istorum Capitoneum excipitur. Homines
praejudiciis fascinati, extra chorum suum saltantes
nec discere, nec per aetatem (nisi repuerascere ac
alphabetarii retexere se totos possint) discere queant,
sumunt judicandum, et cum rem ipsam non intelligan
tem verbulum aliquot hinc inde captatum, male
distortum et a corpore suo avulsum arripiunt, cui ha
alicujus ab inferis revocatae notam inurant: quam h
impietas nullis aliis quam calumniae et ignorantiae co
sit conspicua. Quotquot fere aliquas (non ut
plane superficiariam et quae tribunitiis concionibus et reg
populi animis sufficere videretur ad ambones festinantibus) op
Philosophiae dedere, ignorare nequeunt quam multi
defectibus laboret, quam lubricis nitatur fundam
quantis passim tenebris involuta, quam parvum quod tene
quantis passim tenebris involuta, quam parvum quod tene
entia sapientiaeque nomen queat tueri. Cuicunque paulo
ingenium, excelsior animus, jampridem excussere
sunt servitutem illam pecorum instar, quam ...
ipsi ruentium, et divinitus concessam humano ingenii
tatem iterum vindicatum. Nec infeliciter sane ea re
cessit, cum ab illis soli aliquot incrementum acc
sapientiae studiis, cum illi sectarii post tot se
nec hilum, ultra terminos a primis conditoribus sui p
sapientiae pomoeria protulerint. Quanto quidem favore
endi, quantisque plausibus prosequendi et excitandi,
hac in re vel tantillum, bono publico dicam tantu
tanis, nedum perfecerint! At o durum sortem!
quam mercedem quam isti Popliculae referunt Vir
quorum meritis nec per praemium mundus universus
rependere. Damnant hi Areopagitae sel. Socratem,
tanos Suffetes Democritum insanire decernunt, qui
inter eos et sanus et sapiens. Publice nota, nec
ignorata loquor, nisi quidem gravioribus occupato animi
ad illa attendere et in penitiorem veritatem inquire
animus vel ocium fuit, quam mihi qui ab omni
contentiosissimo a studio hoc egi: cumque non minus quam
eorum et forte paulo amplius quam plane vulgata
a teneris fuerim imbutus, suspectus haberi nec possem
quasi praeventus affectu aut praejudicio occupatus (quod si quis ...

vulgatâ Philosophia esset) his potius calculum candidum quam
illis adjiciam. Itaque verè tibi profiteor, cum perspica-
cissimi illius ingenii et unici seculi nostri secularis omni-
bus aequiparanti Philosophi nil dum ipse legissem, sed
tantum ab aliis quasdam ejus sententias et principia com-
memorari audissem, in risum fui effusus, nam ita distortas
facies pulcherrimas ut minimas referrent, ipsi minores
mihi exhibebant et ridendas proponebant. Attamen, quo
semper proficiendi in sapientia studio, ducebar, propius
ea mihi introspicienda et examinanda existimavi. Quare
quae publice prodierant omnia, acriter inquisivi et primum perfun-
ctoriè, post cum operae pretium viderem intentiore cura
perlegi. Occurrerunt mox animo meo aliqui scrupuli et du-
bitationes, quas aliis principiis imbutis, ne dicam praejudiciis
fascinato occurrere consentaneum est: at meditatione contenti-
ore re perspecta, adeo omnes illas difficultates solutas,
dubitationes dispulsas reperi, ut soliditatem, evidentiam
certitudinem principiorum, cum clarissima inde deductarum
conclusionum consequentia cum stupore animadverterem, nec vel
in minimo vel titillum haesitarem, nisi ubi propria mihi
agnoscenda ignorantia ob remotius tractata, quae penes sola
hactenus scientiae vera ac solida gloria stetit, divina Mathe-
seos studia. Et spero me olim omnibus, quibus judicium supra
affectus, ratio supra sensus, veritas supra opiniones, glo-
ria Dei et bonum publicum supra sua privata sunt, palam
id esse facturum, eandemque veritatem natalibus Aristotelis
longe antiquiorem (licet sparsam frustillatim, nec certa
demonstrationis lege omnia colligata, si modo bona fide [illegible]
sententias eorum quos ponte dejectum ibant retulerint) adeoque
perennem esse demonstraturum. At quomodo talis lux nova
exoriens primum ab Archiepiscopo Ultrajectino, haereticae
pravitatis Inquisitori generali fuit excepta? Eodem cele-
quo lux Evangelii ex tenebris revocata à Sede Romana
bratis fulminibus, anathematis, excommunicationibus. Indi-
cta theatralis triduana disputatio, quam Demosthenes
insigne comparatum Athenis dicebat, perinde concipiens et imperiti
decernerent, saxaque ex Piraeo ad testulas conferendas congestae
quibus Aristides proscriberet. Mox patrum Academicorum
velut concilium Nicenum coactum, ubi solus Papa praeside-
ret, et ex plenitudine pectoris sui dictaret canones ac decre-
ta, quasi anathemate ferirent, quae ad hierarchiam [illegible]
captam minimi facerent. Eliminandam venerabili conses-
sui visam novam praetensam Philosophiam, quae à scholasticorum li-
brorum avocaret, et ad eos intelligendos minus conduceret.
Dicerent, quod ob clarius evidentes demonstrationes veritatem
probet in aprico locando, litigiosam Philosophiam ejusque
armis solis nitentem contentiosam Theologiam suam in quâ
ipsi hactenus regnarunt et porro regnare praesumunt, expulsurae
et explosuram omnibus sanis ipsis, humanis verè Christianis spiritui.

Cum hae bullae et bracteae fulminis parem efficaciam a[illegible]
obruendam magis magisque crebrescenti veri scientiae [illegible]
via res tentata, extitati tenebriones Cataractae, [illegible]
ri Cosmopolitae (quasi dicas [illegible] Jesuiticae, [illegible]
meti et acerbo stylo rem gererent contra protestantes) [illegible]
libros, maledicis, calumniosis ac vere famosis libellis [illegible]
magis quam ipsa ejus scita grassarent, aut sic tamen [illegible]
ignorantiam suam profundam cum pari malignitate
jam mundo facerent tectam. Et, quae tandem tan[illegible]
bitatis atque improbitatis est causa? Tantumne religi[illegible]
studere militonem! Nempe, non ex eorum ludo prote[illegible]
talia doceret, sed Jesuitarum cluebat discipulus? At
isti hores quotquot sunt [illegible] in Philosophia [illegible]
SSSS. 5. pag: magistris? Igitur fasces audire cum veterum in [illegible]
cernere querelam, cum eadem cum illis charta [illegible]
fol. 685. nefas a. arcem, certe si quid veri contingit [illegible]
Ars sane Diabolica, quod efflare nolis sive [illegible]
fede excaecatis, illud mox premere velle autoritate [illegible]
ca et praetextu religionis, et sic in nomine Domini facere
nolunt. Dicere non possum quantopere anhelam [illegible]
Vra et de hac tota re conferre, quam et ingeni[illegible]
genuitatem ipsius habeo perspectam certo certius [illegible]
fateor in votis mihi fore [illegible], ubi rei [illegible]
possis vacare, vel si quis [illegible] eradere, [illegible]
pletarum, non a. at pessima illa gens agit cautam [illegible]
tam nec sidans contemnatum, aut ab iniquis [illegible]
supplentarii et conculcari probatum esse. Transvolavit
jecto ad vos incendii huius excitati scintilla quam, [illegible]
in pectora quorum satis calida adeoque apto satis fomite in[illegible]
delapsa essent glisere, et invitis aliquam flammam
medios ignorantiae fumos ostendere coepit. Non [illegible]
illa flamma lux optata illucescat [illegible] [illegible]
dens aut bonus vir creto ei fovendae oleum valide in[illegible]
sed aquam potius largiter ei extinguendae infundere. The[illegible]
Quinquagesimulus, ei vita [illegible], at solida
sophiam satis persuasione operatur, cuius quam judicium
olim lamberare, periosam aliquam aggressus, satis [illegible]
se dedit. Abstinere oportebat a tritico invento
paleam tam insipidam et glandibus suis vesci
[illegible] [illegible], non quod non saperet [illegible]
omni sui contaminare, at aliorum evertendam [illegible]
Nec faustiore, pede in eandem arenam desce[illegible]
supplentator [illegible], qui quidem nisi [illegible]
aeterna infamiae nota (apud eos qui rem intelligunt)
esset, pro merito excipi et poterat et debebat,
caret qua agere, aut saltem Philosophiam non
sed Philosophi more tractare. Horum capit[illegible]
[illegible] et motum agenti quin vehementer dele[illegible]
quicquid etiam de causa sentiam nullus dubito:
perspecta, quin vel imperitiam vel malitiam eorum
politice sit dominaturus, plene planeque mihi persua[illegible]

Mihi saltem inter caeteras caussas scribendi haec
quoque fuit non postrema, ut A. V.rae favorem et
conservarem et augerem, innocenti veritatis investiga-
tioni, ne quantum in se petitur autoritatis fulgure
opprimi, rationum fulcris ita munitam, ut et salvam
incolumem tuto possit contemnere. Confido A. V.rae
A. Dno D. Heidano, quem alias conjunctissimum scio,
Theologo non minus moderato quam cordato, ac viro
et Philosopho judiciosissimo, in hoc quoque fore ὁμόψη-
φον et hoc acturum, ut jubare illustrandi fenestras
ac januas pandant potius, quam occludantur. Erit
hoc gloria in seculum Academiae vestrae, ut sicut in cae-
teris olim Belgium effulget, si Sophia eas etiam
hanc Pharon erigat, q[uae] varie iactatis errorum, igno-
rantiae, dubitationum fluctibus è longinquo affulgens
clarissima face effulgeat et alluceat. Ego privatim
tantum eo nomine obligatum tibi me profitebor, quanti
facio sapientiam, et quanti publice interesse arbitror
ut incrementa ejus sano animo agitantibus faveatur.
Summe Deus sacris vestris studiis benedicat, eaque
bono ecclesiae suae vestraque saluti et gloriae aeternae
cedere faxit. Dabam festinus ipsis Kalendis
Januarii Julianis anni nascentis CIƆIƆCLI, quem
A. V.rae cum lectissima conjuge (cui meo meaeque
nomine officiosam quoque salutem et votum nostrum nunciabis)
faustum felicem fortunatumque exoriri et decurrere
ex animo opto

Rev. A. V.rae
addictissimus
[illegible] fide

T. Andreae.

Deus me hoc ipso die
beavit filiolo scito,
qua nulla unquam optatior
mihi strena obtigit.
Filiola jam 14 mensium
[illegible] Quod refero
ut amicum gaudii mei faciam
participem.

Celeberrimo atq Excellentissimo Viro, Dn. Joanni Coccejo, in almâ Lugduno-Batavâ S.S. Theologiæ Professori dignissimo, Dno Amico Fautori honorando

S.

Leidam